



**S**AEPENVMERO mirari soleo, antistes ornatissime, cur in tāta preclarorum ingenio-  
rum multitudine, tanta bonorum authorum luce, qui quotidie nouo splendore prodeunt, tam pau-  
ci cū in ceteris artibus sumis, tū p̄cipue in eloquentia, admirabiles existāt. Ac possit aliq̄ iure quo-  
dāmo in alijs recōditioribus disciplinis lingue Græcæ ignoratiā p̄terere, cū ad hāc diem Latina se-  
re sola nobis in usu fuerit, et q̄ disciplinas ea tradere sunt aggressi, tā p̄cul d' uera Græcorū metodo absuerint,  
ut nulla eos p̄pingtate cōtingere uideatur. Nā et plurima aliena fide miscendo Plynius, centones iser cisse, et de  
medicina loquēs Celsus, latine qdē, temere tñ multa p̄nūciasse, et qdē nobis Persius, corpus pasim secutus potet  
hoc p̄stare p̄hi Seneca, et uitia strenue et Stoice in seletetur. Porro Ciceronem constat in eo genere ad Platonis  
emulatiōem p̄ dialogos p̄ha frustra qdā ab alijs tractata cōcinasse ad p̄pā potius et splēdorem, q̄ ulla methodi  
cōmoditate istitisse. Eloquentiā uero rerū, ut Sophocles ait, reginā, d nobis in hodiernū diem turpiter neglectā,  
quo ore excusabimus. Ea enim nō potis et historicis modo, quibus Græcis pares esse facile possumus, uerū etiā  
Ciceronis immortalibus orationibus, et ad eam uia perueniendi eiusdem et Quintiliani p̄ceptiōibus certissi-  
ma, tā ad uiuū expressa est, ut nō equatā hac parte Græciā solū, uerū etiā longissimo interuallo superatā existi-  
mem. Nā cū tenui, medio, et sublimi, tribus dicendi generibus, que nobis docere, delectare, mouere, tria orato-  
ris officia referūt, uniuersa contineatur eloquentia, is ita omnibus ubertim effloruit Cicero, ut nō modo q̄ in ho-  
rum singulis excelluerit apud Græcos plurimi, uerū etiā Demosthenē ipsum, cui hęc laus uni tāq̄ principi tri-  
buitur, facile p̄cipuis in eloquentia rebus anteuertit. Nā ut cū eo Demosthenes docendū diligentia atq̄ omni in-  
ueniendi acumine paria fecerit, ornata tñ et salibus, cōmotionisq̄ et cōmiserationis uehementia cedat necesse est.  
Iam nō de p̄ceptis uia ad eloquentiā cōmuniētibz si sermo instituitur, q̄ Græcorū de Rhetorica libros, magna  
superfustione atq̄ ambitione ad ingenij ostentationē cōparatos, cū Ciceronis et Quintiliani scriptis, que  
nihil superuacua, nihil impediti, nihil nō ad artē p̄tinentis cōplectūtur, cōparauerit. Et sane puulgata qdā Rbe-  
torū p̄cepta negligēs p̄termiserit aut breuiter p̄strinxerit Cicero, uiri Cōsularis et in eloquentia eminentissi-  
mi seruata dignitate, quid in Quint. uiuo quodā p̄ceptiōis omniū generis exūdātē gurgite, qd uel ad mores, uel  
ad docētis discētisq̄ utilitatē p̄tineat, desiderare possis. Quō magis Ciceronis qbusdā sumis, nihil eius p̄ter um-  
brā et laruā habētibus, insensum sum, qui Quintilianū p̄lixū, et nullo certo docentē ordine clamitātes, de mani-  
bus studiosorū excutere meditantur. Cuius mentē, et susceptā d̄ principio ad finē instituedi rationem, si intētis  
oculis acrius intueantur, facile obstinatū in praua sentētia animū mutauerint. Fata enim faciūdia, diligētia, dex-  
teritate, industria, ab imis fundamentis ad summa fastigia partibus omnibus expressam hęc eloquentiæ archite-  
cturā cōperient, ut prauis affectibus depositis facile cōfessuri sint nihil in eo genere ne mente quidē et cogitatio-  
ne perfectius concipi posse. Tradiderūt Rhetorica uarij cū Latini, tū Græci, quorū cū alijs tanq̄ neglectis carce-  
ribz metā solam spectarēt, elemēta, et omniū disciplinarū studia, sine qbus eloquentiæ corpus nullo mō coalesce-  
re potest, p̄termiserūt. Alij ex difficultate inusitata, no minis et fame cupiditate, his flexibus et meādris Rbe-  
torica implicauerūt, ut d' Dgedali iuxta poetas Labyrintho te facilius q̄ e sinuosis corū diuisiōibus explicare queas.  
Alij ea sermonis inopia et paupertate cadē tradere sunt aggressi, ut nō modo nō inflāmaret ad eloquentiæ studiu  
bene dicēdi cupidus, uerū etiā deterrerēt. Pleriq̄ nō cū lingue atq̄ animi diuortij sacerēt, tā sunt subtiliter de-  
rebus ysdē nugati, ut de moribus, officio et omni uirtutū usu, nō aliter cōtulerint, q̄ si ea ab oratoris professione  
alienissima fuissent. At Fabius cū fastigia nō posse cōsistere nisi bene iactis fundamētis iudicaret, ad ipsam pueri  
statim natū balbutientiē infantia, et minima queq̄, sine qbus maioribus locus esse nequit, demittere sese nō recusa-  
uit. A nutricibus enim, a qualibus, p̄dagogisq̄, sanctis iuxta ac disertis incipiens, cū puerū tanq̄ gremio souēdū  
suscepisset, ad p̄ceptorē in schola publica p̄stantissimū, q̄ nō acerbus studiorū exactor sit, sed p̄ lulum et iucun-  
dam amulatiōnē assiduus magis q̄ uehemēs excitator, deducit. Legere, scribere, p̄nunciare singulari artificio do-  
cet, exercitatio optima et grauissima paulatim edicēdi, memoria firmat. Ipsius etiā p̄ceptoris officia p̄sequens,  
ut illi discipuli ingenia explorandū sit, ut ad eius naturā seipsum accōmodare, optimis animū imbuerē, mores  
suos austeritate et comitate tēperare, ut alias omnes disciplinas ordine ante Rhetorica tradere, qd utinā nostris  
tēporibus negligi, iure queri nō possemus, ut professionū discrimē facere, authorumq̄ delectum habere debeat  
grauissimē p̄cipit. Hinc rhetorices progymnasmatibus breuiter transcurfis, summa eiusdē capita oratione locu-